

quâ parentes nihil efficerent, Deus est. Vide 2. Machab. 7.

Ps. 4. *Populus ejus, & oves pascuæ ejus, introite portas ejus in confessione, atria ejus in hymnis confitemini illi.*

Refert alterum beneficium: *Populus*, quem Deus peculiari providentiâ regit, & quos veluti rationales oves in pascuis suis doctrinæ pabulo reficit, & corporalibus etiam alimentis pascit, *introite portas tabernaculi ejus in confessione laudis, & atria ejus in hymnis, & sic confitemini illi, vos omnia ei debere, ac de manu ejus bona omnia suscepisse.*

Ps. 5. *Laudate nomen ejus, quoniam suavis est Dominus, in æternum misericordia ejus, & usque in generationem, & generationem veritas ejus.*

Addit tres proprietates Dei, quasi tres rationes, cur dignus sit, ut ab omnibus laudetur. Quia *suavis est*, nam facile miseretur, & quia miseretur, promittit liberationem; & quia *verax*, implet promissa.

PSALMUS C.

Titulus: *Ipsi David Psalmus.*

Argumentum Psalmi est: *David explicat exemplo suo qualis debeat esse bonus Princeps tum erga familiares, & privatam suam domum; tum erga Republicam.*

Quod

Quod David
vel arroganti
am Deo, & ac
mandos successor
eade narratio ha
stendit bonorum
nem fuisse tum
ent opera nostra
more adductus

Ps. 1. Miser
tibi Domine.

Hæc est præf
tima est, ut or
esse dona miser
per justum judic
Desm imitentur
ertia ut omnes
tia Dei, sed sine
sed sine despera

Ps. 2. Psalla
lata, quando

Non solum
judicium Dei, f
ibo; & attentè
am, ut ambul
non viribus mei
venies ad me, u
at, & moveas

Quod David narret bona opera sua, non vitio, vel arrogantiæ tribui debet: vera enim dicit coram Deo, & ad finem bonum, nempe ad informandos successores, ac potissimum filium suum: unde narratio hac superba non est; imò *ψ. 2.* ostendit bonorum operum suorum causam efficientem fuisse tum misericordiam Dei, cujus dona sunt opera nostra bona, tum Judicium Dei, cujus timore adductus justitiam coluit.

ψ. 1. Misericordiam, & judicium cantabo tibi Domine.

Hæc est præfatio totius Psalmi; cujus ratio prima est, ut omnes sciant, benefacta Davidis esse dona misericordix Dei, coronanda postea per justum judicium Dei: secunda ut Reges Deum imitentur, sint misericordes, & justi: tertia ut omnes homines sperent de misericordiâ Dei, sed sine præsumptione; timeant Deum, sed sine desperatione.

ψ. 2. Psallam, & intelligam in via immaculata, quando venies ad me.

Non solum voce cantabo misericordiam, & judicium Dei, sed etiam manu psalterium pulsabo; & attentè considerabo viam immaculatam, ut ambulem per eam: id autem faciam non viribus meis, sed ope gratix tuæ, quando venies ad me, ut me illumines, doceas, accendas, & moveas.

v. 3. *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus mea.*

Incipit narrare mores suos laudabiles, ut eum successores, tum subditi imitentur. *Perambulabam* viam hujus vitæ, seu vivebam, conservans imprimis *innocentiam cordis*, appetendo solum bona, & præcavendo malas cogitationes, & desideria, ut nemo domi meæ me reprehendere posset.

v. 4. *Non proponebam ante oculos meos rem injustam: facientes prævaricationes odivi.*

Dixit de innocentia cordis, nunc addit de innocentia oculorum, & manuum. *Avertebam* oculos tum mentis, tum corporis ab omni injustitia, sive in judicando subditos; sive in distribuendis honoribus, & præmiis; sive in commutationibus, & contractibus: & etiam odio habui omnes, qui legum prævaricationes faciebant; ac per hoc ipsam prævaricationem maximè sum detestatus.

v. 5. *Non adhesit mihi cor pravum, declinantem à me malignum non cognoscebam.*

Docuit, qualis esset apud se; jam docet, qualis esset apud alios. Perversi homines non audebant se mihi adjungere: & si declinaret à me malignus, *non cognoscebam*, non laborabam, ut rediret ad amicitiam meam.

v. 6. *Detrahentem secretò proximo suo: hunc persequabar,*

Alia

(o)

inimicitia cordi
mea.

mores suos latibis, ut
tum subditi iurem, Pre-
hijas vira, seu vicia,
mis innocenciam et appa-
a, & praevendo ma-
idertis, ut nemo dominus sit.

spontem ante vobis non tim
et praevencione idem,
centia cordis, mne vobis de
orum, & manuum. Avta-
mentis, tum corporis ad om-
judicando iudicis, sine iud-
ribus, & piamis sine con-
c contractibus: & enim odo-
ui legum praevencione se-
hoc ipam praevencione em
estatu.

ad hanc vobis praevencione, ad-
ligum non timere vobis.
is effectus vobis docet, qu-
os, Per vobis homines non in-
dijungit: & si declinat in
opponit, non laborat in
citant meam.

verum secretis proximi

ALBUN

Majoris

S U

BEATIS

M

A E

Renovata